Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31473
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

omnes modos · qui possunt excogitari esse debent solliciti
ad negotium promouendum · exemplo pauli qui dissoluitur in mente
quam habebant circa promouendam salutem ephesiorum die ac · xx
per noctem non cessauit cum lacrimis · monens unumquemque
nostrum · Item prudens filium · cum eum in illo negotio agendis
et in iudicandis et in consulendis · et alias multas · multa oc
currant frequenter dubia · puusillum valde est · sine filio prudentum
ad illa procedere · propter quod dicit tob · iij · Consilium semper
a sapiente require · Item omnium suffragia cum eum in minimis eam di
uinum auxilium sit implorandum · secundum platonis sententiam ·
quanto magis in magnis · et ideo cum negotium crucis sit mag
num · quia pertinet et ad fidem pertinet · et ad animarum salutem · frequenter rogandus
est dominus a predicatore · et omnium suffragia ab alias · propter hoc implo
randa · quia sicut auctor · impossibile est preces multorum non exau
diri · Item expertus zelo · Sunt enim aliqui qui non zelant pro negotio
promouendo · quia sicut quisque pruriunt · quinque ad fida uel dubia
dicenda · uel dolos aliquos faciendos · quod est valde reprehensibile
Tob · xiij · mihi deus indiget nostro mendacio ut pro eo loquamur
dolos · postremo est illis necessaria scientia · de ponendis ad
negotium · sicut enim annunciantibus opera dei necesse est cognoscere
habere · de eis · sicut · id · p · annunciauerunt opera dei et facta eius
intellexerunt · ita et predicantibus oportet non laxatenus · necesse
se est scire ea que pertinent ad negotium · de quibus oportet loqui
frequenter · ne sint de illis de quibus dicit paulus · thi · i · non intelli
gentes neque quid loquantur · neque de quibus affirmant · de · vi · gradibus

Attendendum igitur quod tribus necessaria est scientia predicatori
scilicet historialis · de hiis que continentur in biblia · tribus etiam
de terra promissionis · que nunc dicitur terra sancta · quia frequenter
incurrit eis loqui de terris illis · Item scientia ymaginaria de
mapa mundi · ut per hanc sciant · cum de terris illis loquuntur
situm illarum que uiderint sunt ad austrum · et que ad aquilonem
que ad orientem · que ad occidentem · que longe et que prope · Item
Item scientia de origine et vita machometi · quia extra eum et legem suam
oportet multotiens loqui · De hiis autem habetur in alcorano · et
in libello petri alfensi extra uideos · et in aliis septem multis
Item scientia de pecellu machometi et suorum contra nostros · quia illos
usque hodie · de quibus habetur in epistola ipsum de gestis karoli in